



Universitätsbibliothek Paderborn

Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1710

26. Dies Januarii. Pœniteat, qui maluit perire cum diabolo, quàm regnare
cum Christo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45477

26. DIES JANUARII.

Pœniteat , qui maluit perire cum diabolo , quām regnare cum Christo . S. Chrysostom . Sol . S. 167 .

Conversio I.
ad Deum.

Mala peccati , quibus factus es malus , perspicue , ut cerneret , proposui ; ut caperes , exposui . Quid jam ut tot mala evadas , vel si incurris , ut pro illis luas , præsidii ? Paucis te docet hujus diei tessera : *Peccando maluisti perire cum diabolo , quām regnare cum Christo* ; quid jam facies , ut satisfacias ? Pœniteat . Ut ergo te tot malis eximas , quot tibi peccando intulisti , nullo opus est labore , nulla molestia , sumptu nullo . Non est necesse itinera suspicere , maria trajicere , pericula subire ; excusare ista posses omnia , quia ut voluntas esset , deest facultas . Agnosce tantummodo quod nosti verissimum : detestare , quod scis pessimum : prode quod credis fore secretissimum , vel uni soli , qui antè vitam fundat , quām illud vel nutu vulget : & ecce tantum malum evasisti . Quousque tandem differre statuis , qui nec de puncto ad pœnitentiam tibi indulgendo certus es ? Dum hominem invenias , cuius auribus fidas , cuius censuram non metuas , à quo redargui non horreas ? Sed prius quām peccata aperias , ob peccata doleas . Ingressus igitur cubiculum , claude ostium , ut solo Deo teste , quantum te peccasse pœniteat , solus in abscondito intelligat .

II. Dic ipse tibi : Pudet me , dum memoria repetit

E 3

miseri

miserantis Dei longanimem tolerantiam. Certa-
mus invicem. Ille me continuis beneficiūs, à pri-
vitæ ad hanc usque diem, clementer obruit: ego
jurias, & maledicta rependi. Vocabat, renuebat
Trahebat, obstabam, ad partes suas alliciebat,
partes diaboli, capitalis ejus hostis, currebam. Fen-
bat acceptas à me injurias patientissimè: ego eas in-
xando, ejus in me justitiam magis indies irritabam.
Multiplicabat dona; multiplicabam delicta. Non
lassabatur protegere, & conservare; non lassabar
tæ usurâ turpiter abuti. Quomodo sustinuerunt A-
geli perduellem Creatori? Quomodo perrexerunt
Sol, & astra benignis me aspectibus observare? El-
menta confavere? Quomodo non irruerunt in
volucres cæli, pisces maris, bestiæ terræ? Quomodo
dignati sunt homines me societate suâ, qui facti
eram iumentis vilior? Quis sum, qui ausus fui omni
potentem Deum offendere? Si cunctis conferar ho-
minibus? cunctis Angelis? toti mundo? At si cu-
Deo, quis sum? Si corpus attendo, lutum, fæx, fima
obnoxius fami, siti, morbis, doloribus, morti: Si an-
mam, sum ignorantia, error, imprudentia, infirmi-
tas, malitia. Et ausus sum Dei mandata vilipendere
ac si in iis dandis minus aut sapiens, aut prudens, au-
bonus fuisset! Ausus sum Deum contemnere, ac
nec mandandi potestatem, nec puniendi facultatem
haberer!

III. Indignus sum aere, quem respiro, indignus
cælo, quod aspicio. Si pro uno delicto infernum,
protot, quot infernos promerui? Quot sceleris, tor-
onera, tot vincula, tot debita sunt: quibus dissolven-
dis nec si memet ipsum vendam, satis sum? utinam
omnia

Janua
Certa
à pri
: ego
nueba
ebat,
m. Fe
o easi
ritaba
ta. No
Tabar
unt A
exeru
re ? E
nt in
omod
ii fac
i om
erar ho
si cu
x fimu
Sian
nfirme
endera
ens, au
e, aci
ltatem

Januar.

Tessera.

71

omnia corda , omnium lachrymas haberem ! om-
nium cordibus , omnium lachrymis peccata defle-
rem ; cùm neque sic sufficerem, offero tibi Deus do-
lorem Dei Christi tui. Aspice in Filio, quo propitieris
in servo. Quamvis juncta peccato bona forent om-
nia , nec ulla sequeretur peccantem pœna ; quamvis
peccati perpetratione vitarentur omnia , quæ exco-
gitari possunt tormenta , Deo auspice non amplius
peccarem : fidenter dico, non peccarem. Hoc si tibi
fixum est facere, quod facis, fac citò. Noli nimis cun-
ctari. Malum, tempore fit majus, mora periculosius,
curatu difficultius : & aperire Medico renuis? Vulnus
est, & lethale quidem , & disters medicinam? Pon-
dus est in abyssum usque deprimens, nec vis depone-
re ? Atque hoc est primum elementum, quod tradit
ars rectè vivendi : mali, quod vetat rectè vivere , ex-
piatio , & offensi Dei reconciliatio. Pungunt ista,
quæ dixi mala ad pœnitentiam peccatorum, ad cau-
telam justum stimulant. Exaggero sua gravitate
malum, ut persuadeam sua dignitate bonum. Potes
abolere , quod incurristi malum , potes recuperare,
quod amilisti bonum, uno suspirio, uno verbo. Audi
Poëtam :

*Vis culpam delere? semel profer miserere:
Per miserere mei, tollitur ira Dei.*

27. DIES JANUARII.

Non te Deus contemnit si redeas , et si tu
contempseris cùm abibas. *s. Chrysost.*
hom. de Jerem.

E 4

I.Qui